



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 5. De Irregularitate ex illicita Sacramentorum susceptione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

casti. a iure
expressis.

scriptum: & consequenter nullo iure censetur
ferri, cuius verba non magis significant irregu-
laritatem, quam aliam poenam. Quia non po-
test dici tali iure irregularitatem esse expres-
sam, seu expresse contineri. Attamen quia an-
tiqui nunquam eo verbo utuntur, sed aliis
modis per circumlocutionem hanc expri-
munt poenam ex quo fit, ut multi laborent, ut
discernant, quandoam antiqua iura hanc po-
nā imponant, quando nō. Ego quidem ad id dis-
cernendum triplicem regulam apponam.

12
Ad digno-
scendum
quandonam
iure hanc
poenam im-
ponant. Re-
gula prima.

Prima sit. Quoties ius non imponit poenam
incurrendam ipso facto, sed per Iudicem prae-
scribendam, de irregularitate non loquitur.
Quia haec nunquam per sententiam fertur.
Quando vero ius censetur imponere poenam
sententia lata, quae ipso facto incurritur: quā-
ponant. Re. do vero per Iudicem imponendam, exprimit
gula prima. docte Coninch d. 3. num. 20. Suar. disputat. 40.
sect. 8.

13
Regula se-
cunda.

Secunda. Idem dicendum, quoties verba Ca-
nonis directe solam executionem Ordinum
prohibent ut sit Cap. 1. de ordinat. ab Episcopo,
qui Episcopatu renunciant. Tunc enim potius
fertur suspensio, aut depositio, quam irregula-
ritas, quae directe impedit Ordinum suscepi-
tionem. Exipio casum, quo ex adiunctis clare
contrarium colligitur, verbi gratia, ratione
materiae ipsius legis: ut si agat de casu, ob
quem per alia iura sit irregularitas statuta, &
pateat, quod eandem poenam velit cōfirmare.
Suar. d. 40. sect. 8.

14
Regula ter-
tia.

Tertia demum. Quando Ius statuit aliquod
perpetuum impedimentum, quod ipso iure in-
curritur directe impediens susceptionem sta-
tus Clericalis, aut Ordinum, censetur ferre ir-
regularitatem. Quia haec in tali impedimento
directe consistit. Ex. gr. Si lex dicat, Quisquis
hoc fecerit, aut Quisquis talem defectum habue-
rit, nunquam ordinetur. Suar. d. 40. sect. 8. Coninch
d. 18. n. 26.

CAPVT IV.

De iis, quae ab Irregularitate
ob aliquam culpam imposita,
excusant.

15
Qua ope-
rantem a
lethali ex-
cusant, ab
irregulari-
tatis libe-
rant incur-
sione.



Operantem a lethali crimine excusant, siue sit
ignorantia iuris, vel facti, siue
iustus metus, ab irregularita-
tis proculdubio excusant in-
curfione. Quia irregularitas
non incurritur nisi ob lethale piaculum. Scio,
aliquos ab hac regula excipere eum, qui etiam
sine sua culpa secundo baptizatur: quia Cap.
Qui bis, de consecr. dist. 4. dicitur esse irregula-
rem, qui etiam ignoranter secundo vnda Sacra
diluitur. Et Cap. Qui in qualibet 1. quae 7. idem
dicitur de eo, qui in quacunque aetate, aut bis,
aut ab haereticis baptizatur. Attamen Canon
prior est solum Theodori Cantuariensis, qui

non potuit irregularitatem constituere. Postea
rior autem intelligendus est de qualibet aetate
eorum, qui utuntur ratione. Aliet enim con-
tradiceret Capiti Placuit, & Capiti Qui aetate
1. q. 4. Vbi expresse dicitur, eos, qui ante vlti-
mationis apud haereticos Baptizati sunt, hanc
irregularitatem non incurere, Coninch d. 18.
n. 27. & alij communiter.

Exercens actum, cui annexa est in puram
poenam irregularitas, eam non incurrit, si in-
vincibiliter ignoret actum iure Ecclesiastico
esse prohibitum, licet prohibitum sit iure na-
turae. Quia Cap. 2. de constitutionibus in 6. aperte
dicitur non ligari ignorantes Ordinariorum
constitutionibus. Vnde aperte sequitur, igno-
rantem aliquam legem, nec ea, nec eius poenis
teneri. Coninch d. 18. n. 29.



CAPVT V.

De Irregularitate ex illicita Sa-
mentorum susceptione.



Voluntarie secundo bap-
tizatur, aut alium baptizat, aut
rebaptizanti ministrat, sit irre-
gularis. De rebaptizato patet
Canon. For. de consecr. dist. 4.
Qui generatim omnibus rebaptizatis hanc
poenam imponit. De rebaptizante Can. Ex
litterarum, de apostat. Haec tamen irregularitas
non est nisi quoad Ordines suscipiendos, ut ex
textu patet. Omnes sic.

Ut ministrans rebaptizanti hanc irregu-
laritatem incurrat, crimen debet esse publicum
vbi exprimit textus. Rebaptizans vero irregu-
laris est, etiam quando factum est occultum.
Potest tamen in hac poena Episcopus dispen-
sare iuxta Trident. sess. 24. c. 6. Sicut etiam com-
ministro, qui post hanc irregularitatem con-
tractam Religionem ingreditur. Cap. Ex liti-
rarum, de apostat. Syluest. v. Irregularitas, n. 6.
Suar. to. 3. d. 3. sect. 6. dub. 3.

Verum ad huiusmodi poenam incurrendam,
non sufficit, ceremonias Baptismi iterari, sed
necessum est recitari ipsum Baptisma. Vnde
patet non incurere hanc poenam, qui reitera-
ret solam externam materiam ac formae appli-
cationem sine intentione baptizandi. Quia
talis nullatenus rebaptizat nisi secundum ex-
ternam quandam apparentiam. Suar. to. 3. d. 31.
dub. 4.

Nec irregularitatem incurrit, qui rebap-
tizat sub conditione, Si non est baptizatus, etiam
eum, quem scit baptizatum esse. Quia non ha-
bet animum vere rebaptizandi, sed potius nu-
gandi, vel simulandi Baptismum. In foro ta-
men externo talis puniri posset tanquam re-
baptizatus, quando constaret, hunc esse dilu-
cognovisse. Quia haberetur hac conditio tan-
quam non apposta, & iudicaretur, serio vo-
luisse rebaptizare, & conditionem loco
adiiecisse: nisi aliunde contrarium apparet.
Coninch

Se^{ct}. I. De Irregularitate Recept. Sent. 329

Coninch *disput.* 18. num. 38. & alij communiter.

¹¹ Baptizatus ab hereticis irregularitatem incurrit. *Cap. Qui in qualibet i. dist. 7.* Excusat ignorantia. *Cap. Placuit. & c. Qui apud 1. q. 4.* Idem dixerim de necessitate, quæ excusat à culpa. Quia propter culpam illa pœna incurritur. Et secundum hæc intelligo *Cap. Qui in qualibet*, de qualibet ætate discretionem ventionem. Est omnium.

¹² Adulti baptizati in ægritudine ob periculum mortis non possunt ordinari Presbyteri, nisi fidem, & studium suum probaverint, probitate scilicet vite; aut nisi Sacerdotum sit inopia, *c. 1. dist. 57.* Videtur tamen tunc requiri dispensatio Episcopi, ut de ordinandi dignitate publico iudicio constet. Doctores conveniunt.

¹³ Qui furtivè ordinatur irregularis fit saltem quo ad ascensum ad altiores ordines. *Cap. 1. de eo, qui Ordinem furtivè suscipit.* Potest tamen cum eo Episcopus dispensare, nisi fuerit sub pœna excommunicationis prohibitus, ita ad Ordines accedere. Dicitur furtivè ordinari qui dolo obtrudit se Episcopo ordinanti, persuadendo se esse alium, quàm sit; aut qui prius dum vocatur ad examen, curat, aliù suo nomine examinari, & postea vocatus sistit se pro eo, qui examinatus fuit; vel quacumque alia ratione efficit, ut Episcopus eum ex errore personæ pro alio ordinet.

¹⁴ Qui post Matrimonium contractum ratum etiam ante consummationem (nisi in Religione approbata professus sit) inquit uxore, Sacros Ordines suscipit, irregularis fit, & ab ordine sic suscepto suspenditur. Si tamè in Religione approbata profiteatur, poterit eum Episcopus dispensare. Nonnulli alias irregularitates adferunt huic capiti concernentes, sed eas haud satis probant, cum nullum ins, in quo exprimantur adferant. Coninch *disputation.* 18. numer. 44. ex communi Doctorum.

CAPVT VI.


De Irregularitate ob pravius Ordinum usum.

¹⁵ **C**LERICVS exerceas Ordinem, quem non habet, fit irregularis quoad ascensum ad superiores. *Cap. 1. & 2. de Clerico non ordinato.* Manet etiam per biennium, aut triennium iuxta Episcopi arbitrium suspensus ab Ordine dignissimo, quem habet: non autem ab aliis, ut aperta colligo ex *cap. 2. c. 1. de Suar. disputation.* 40. section 4. num. 4.

¹⁶ Porro ad hanc pœnam incurrendam, debet Ordo exerceri cum ea solemnitate, ac modo, quo à laicis exerceri non potest. Hinc laicus exercens actus minorum Ordinum etiam cum omni solemnitate, aut canens Epistolam etià *Escol. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.*

cum damatica sine manipulo, aut baptizans sine solemnitate, irregularitatem non contrahit. Quia hi non sunt actus Ordinis, dum sic fiunt. Præterea debet hic actus fieri non solum cum peccato mortali, (sine quo hæc pœna non incurritur) sed etiam serio. Qui enim ioco eum exhiberet, et si peccaret, non tamen irregularis fieret. *Aquila p. 7. d. 9. d. 13.* ex communi.

Violans censuram aliquam actum Sacri Ordinis exercendo, irregularis fit. *Cap. de sent. & re indicata in 6. Cap. 1. s. qui. Cap. Is, cui de suram per sentent excomm. in 6.* Per actus vero minorum Ordinum non incurritur. Quia possunt à laicis etiam cum omni solemnitate exerceri, atque ex consuetudine desinere alicui Ordini esse proprii. Est omnium Doctorum. Scio, varios alios adferri calus, sed à suis Authoribus non probati.



CAPVT VII.

De Irregularitate ob hæresim, simoniam, aliave criminis, vel ob infamiam contracta.

HERETICI non possunt ad ullos Ordines promoveri, etià post poenitentiam tractatam. *c. Sa. luberrimum 1. q. 7.* Vbi dicitur, Clericos ab hæresi reuertentes ad Ecclesiam debere pro magno beneficio habere, si sine vlla promotionis causa in suonerere permaneant. Est communis.

Idem dixerim de fautoribus, & receptatoribus hereticorum, eorumque filiis vique ad secundam generationem. *Cap. 2. s. Heretici, fautores, & filij.* Hæc autem intelligo de iis, qui fauent hæreticis formaliter sumptis, sine qua tales sunt. Nam si quis hæreticum domi reciperet, quia pauper, aut frater ipsius est, & ei in re aliqua iusta faueret nullomodo ad hæresim spectante, nullam pœnam incurreret. Hoc autem ius per *cap. Statutum, 1. s. limito*, ut constitutio illa circa descendentes per lineam femininam, solū habeat locū in prima generatione: in secunda vero solū respectu illorum, qui per lineam masculinam descendunt. Itè ut nō habeat locū respectu filiorum, quorum parentes ante mortem Ecclesie reconciliati. Catholici obierunt. *Henr. 1. 14. c. 5. n. 4.* citans Simanchas, Nauarrum, & alios.

Qui iure infames sunt, irregularitate puniuntur. *Cap. Infames 6. q. 1.* Iuris autem infamia dupliciter incurritur. Prius, per iudicis sententiā infamiā incurrentis. Secundò, per commissionē criminis, cui à iure infamia est annexa, quando illud est publicum. Huiusmodi crimina sunt periuriū in iudicio, simonia, Sodomitia, improbū fœnus, in quo usuræ usuratū exiguntur, Sacrilegiū, duellū, hæresis, eiusq; fauor, crimē læsæ Maiestatis, persecutio hostilis Cardinaliū. Imo duo vltima committentium filij

ff atque

²⁷ Violans cē
& re indicata in 6. Cap. 1. s. qui. Cap. Is, cui de suram per sentent excomm. in 6. Per actus vero minorum Ordinum non incurritur. Quia possunt à laicis etiam cum omni solemnitate exerceri, atque ex consuetudine desinere alicui Ordini esse proprii. Est omnium Doctorum. Scio, varios alios adferri calus, sed à suis Authoribus non probati.

²⁸ Heretici sunt irregulares.

²⁹ Et eorum fautores, & filij.

³⁰ Et qui iure sunt infames.